

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

LIX. Differentia 3. Iure civili abbas in causa manasterii jurat de calumnia in
animam suam, quia personam habet legitimam:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

DIFFERENTIA 3.

Iure civili abbas in causa monasterii jurat de calunnia in animam suam, quis personam habet legitimam: l. 2, §. Quod observari, C. de Ju. am. ca. um. Auth. Cuius, ouæ fit cum monacho, C. de Episc. & clericis. Iure Canonicico autem jurare debet in animam majoris partis conventus, c. P. 2. sentium, de testib. in 6. c. In pertractandis, de juram. calum. Bart. 42. Ioan. Bapt. a. S. Blasio 90. Galvan. 74.

I. Regula Socii 207. est: Iurate de calunnia principalis persona tenetur. In probationem adducitur l. 2. §. Quod observari, &c ubi dicitur: Convenit enim & ipsos (tutores, curatores, administratores, & similes) qui administrationem alienatum rerum auctoritate legitimâ gerunt, jurejurando affici. Fallit autem 1. quando dominus procurabesset, ita ut brevitempore accedere non posset. Tunc enim adiungitur procurator, qui habet generale mandatum. Bart. in l. 2. C. de iuram. calum. l. Silogismi, ff. de iudic. Fallit 2. quando est procurator generalis ad negotia, habens potestatem agendi & defendendi, c. Generali, de procur. m. 6. & 11D in 6. In pertractandis, de iure calum. Fallit 3. cum consuetudo contraria est, quemadmodum hoc tempore, ubi nec Abbas, nec ullus prelatus ecclesiasticus, saltem in terris Imperii per se in judicio appetat. In eundem sensim Gloss. cap. citatis, in pertractandis, jurari posse dicit per principales, & per oeconomicos causam notam habentes. Item tale juramentum quandoque prælati per principales personas, quan-

doq; per Syndicos, qui in animam suam jurare debent, sicut quilibet procurator habens speciale mandatum. V. Grill. l. 1. Obs. 88 & obs. 89. Menob. l. 1. de arb. 20. ubi docet 1. judicem in arbitriis calunniaj juramentum nulli remittere posse, eo quod juris divini sit. Ex. 22. v. 7. Si quis commodaverit amico pecuniam, &c. 2. juramentum illius omnibus causis esse præstandum, 3. consuetudine fieri non posse, ut in causis pertractandis juramentum calunnia omittatur, nec statuto tolli posse: diligentes tamen sibi invicem remittere posse. V. Farinac. l. 1. Prax. q. 21.

II. Quid autem dicitur, prælati jurandum esse in maiorem partem capituli, ex limitata Abbatis potestate ostentur, quia in majoribus negotiis absque consensu majoris partis nihil agit, l. 1. ob. 2. que sunt amio. par. Cap. In peractores nihilominus in legib. suis cenobias, ut supremos præfertos agnoscunt, adeoque legitimis periodis annuere.

taut.

LX. DIF.